

postmodum eorum substantias se-
parare, vel in liquorem reducere
satagunt, duobus modis turpiter
alucinantur. Primò enim calcina-
tione hac omnem iis tincturam ad-
imunt, & temperamentum natura-
le alterando proprietates illorum
specificas deprædantur. Id quod
in magnete videre est, qui calcina-
tus virtutem adtractivam omninò
deperdit. Secundò ex illis hoc mo-
do calcinatis extrahunt aut dissol-
vunt partem salis extranei, quod
corpora, cù quibus calcinati sunt,
illis appegerunt, quòdque tam acu-
tum est, tamque corrodens, ac cal-
cinatum Tartarum. Atque illud
demum est, quod olei, salis, essen-
tiæ lapidum preciosorum nomine
magnificè insigniunt. Quod tamen
non magis ipsi competit, quàm ve-
rifi-